BONAVENTURA
13./14. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30429
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



aplici documenti. Consistit autem ipsius latitudo in
multitudine suarum partium. Longitudo vero in descrip-
tione temporum et etatum. Altitudo in descriptione ierar-
arum. gradatim ordinatarum. Profunditas in multitudine
misticorum sensuum et intelligentiarum si quis velimus la-
titudinem sacre scripture speculari per frontem occurrit
nobis scriptura secunda in duo testamenta. s. in vetus
et novum vetus autem occurrit cum multitudine libro-
rum. Habet enim libros legales. hystoriales sapientiales
et prophetales. ita quod primi sunt v. Secundi sunt x. Tercii
v. et quarti sunt vi. hac per hoc universi xxvi.
Novum similiter testamentum habet libros huius consimilis
tes secundum quadruplicem formam. Nam legalibus cor-
dent libri evangelici. Hystorialibus actus apli-
ci. Sapientialibus epistole apostolorum et maxime Pauli.
Prophetalibus consimiles libri apocalipsis. ut sic mira sit
conformitas inter vetus et novum non solum in con-
tinentia sensuum. Verum etiam in qua difformitate per-
cuti inter figuram et consignificationem videlicet ezechi-
el rotas. iiii. facies et rota in medio rote.
quia vetus est in novo et econverso. et in libris evangeli-
cis et legalibus est facies leonis propter excellenti-
am auctoritatis. In hystorialibus est facies bovis
propter excellentiam virtutis. In sapientialibus est facies
hominis propter prudentiam sagacem. In libris prophetalibus
est facies aquile propter intelligentiam perspicacem.
Recte autem sacra scriptura dividitur in novum et vetus
testamentum et non in theoricam et practicam sicut pro-
phetia. quia cum scriptura fundetur proprie super congrega-
tionem fidei. que virtus est et fundamentum mo-
rum et iusticie. et totius recte vite. non potest
mea sequestrari noticia rerum sive credendorum
a notitia morum. Secundum autem est de phia quod non tantum de
veritate morum. Verum etiam agit de vero nuda specu-
latione considerato. quia quod sacra scriptura est no-
tum movens ad bonum et revocans a malo et
hoc est per timorem et amorem ideo dividitur in duo
testamenta quorum brevis differentia est. s. timor et a-
mor. et quia quadrupliciter potest quis moveri ad
bonum. et revocari a malo. s. per precepta po-
tentissime maiestatis. vel per documenta sa-
pientissime veritatis. vel per exempla et benefi-
ca innocentissime bonitatis. vel ex omnibus
in unum collectis. ideo tamen in novo quam in veteri
sunt quod fortius traditi libri continentes sacram scrip-
turam. secundum convenientiam ad iiii. premissa. Nam
libri legales movent per precepta maiestatis
omnipotentissime. Hystoriales per exempla
bonitatis innocentissime. sapientiales per docu-
menta veritatis prudentissime. prophetales movent
ex omnium predicatorum aggregatione. sicut in eis
manifestissime apparet. Unde ipsi sunt quasi reme-
moratiui totius legalis sapientie et doctrine. est
quod scriptura sacra similis latissimo fluvio qui ex con-
cursu multarum aquarum aggregatur magis ac magis secundum
quod longius decurrit. Nam cum primo in scriptura essent
libri legales postea super venit aqua sapientie hystoria-
lium librorum. Tercio vero super advenit doctrina sapien-
tissimi salomonis. Post hec est doctrina prophetarum sanctorum
et tandem doctrina evangelica revelata. per os omnis
christi plata. per evangelistas conscripta per sanctos apostolos di-
vulgata. additis et documentis que spiritus sanctus. sive eos
veniens docuit nos per eos ut sic omnem veritatem
per spiritum sanctum iuxta divinum promissum edocti omnis
veritatis salutaris doctrinam ecclesie vel darent
et sacram scripturam consumando veritatis notam di-
latarent.

De longitudine sacre scripture.

Habet enim hec scriptura sacra longitudinem que con-
sistit in descriptione tam temporum quam etatum.
Aprincipio. s. mundi usque ad diem iudicii de-
scribit autem per tria tempora mundum decurrere. s. per tempus
legis nature. legis scripture et legis gratie. et in hiis tri-
bus temporibus. vii. distinguuntur. etates quarum prima est ab
adam usque noe. Secunda a noe usque ad abraham.
Tercia ab abraham usque ad david. Quarta a david
usque ad transmigrationem. Quinta a transmigratione usque
ad christum. Sexta a christo usque ad finem mundi
Septima decurrit cum sexta. quia incipit a quiete
christi in sepulcro usque ad resurrectionem vel eum. quando incipi-
et resurrectionis octava. et sic scriptura est longissi-
ma. quia intercedendo incipit a mundi et temporis exor-
dio in principio genesis et pervenit usque ad finem mundi
et temporis. s. in fine apocalipsis. Recte quod universum
tempus quod decurrit secundum triplicem legem. s. inditam. da-
tam. exterius et infusam. decurrit per vii. etates
et consumatur in fine vi. ut sic mundi decursus
respondeat exordio et maioris mundi. decursus cor-
respondeat decursui vite minoris mundi. s. hominis
propter quem factus est. Nam prima etas mundi in qua facta
est ipsius mundi formatio. casus demonum. et con-
firmatio angelorum respondet recte primi diei in
qua facta est lux. et distincta a tenebris. Secunda in
qua per archam et diluvium et salvati sunt boni.
et deleti sunt mali. respondet secunde diei in qua per firma-
mentum est facta distinctio aquarum ab aquis. Tercia
in qua vocatus est abraham et in qua choata est syna-